



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs LIII. Dixit insipiens in corde suo, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*Vt vagus toto & fugitiuus erres
Exul in orbe.
Talibus pœnis quoties videbunt
Te pii oppressum: magis hinc timebunt
Vindicem Iouam, tibiqz exprobrabunt
Impietatem.*

*Sic enim dicent: Adeone spreuit
Iste vir fidens opibus, Iehouam,
Vt suo semper fore se putaret
Robore tutum.*

*Instar at pinguis viridisqz oliua,
In tabernaclo Domini manebo,
Me Deo credens, Dominoqz fidens
Pectore toto.*

*Gratias semper referam Iehouæ,
Qui suis præstò est ope perbenigna,
Et tuum digno celebrans ubiqz
Nomen honore.*

PSALMVS LIII.

Dixit insipiens in corde suo, &c.

INsipiens animo concepit talia dicta:
Non est Deus, qui crimen ullum vindicet.

O 2 Planè

Planè corruptus reprobis monita omnia spernit,
Deus sed hos abominatur impios.
Conspicit è celso mortales æthere Ioua
Quærens in orbe, sintnè qui Deum colant.
Defecere simul cuncti & spreuere Iehouam,
Nec unus est mortalium, qui rectè agat.
Quando sed agnoscent isthuc, qui viscera fugunt
Plebis pia, gaudentq; fuso sanguine. (lus,
Non metuenda timent, Dominū non inuocat ul-
Huic vanus horror impium cor territat.
Iccirco frangens Deus horum disiicit ossa
(Vt sternit omnes arrogantes pectore.)
Nunc è monte, pater, rogo, mitte Sione salutem,
Tuosq; duro liberos da carcere.
Vt gens faciæ latetur, posteritasq;
Veris piorum perfruatur gaudiis.

PSALMVS LIII.

Deus, in nomine tuo saluum me &c.

PER tuum nomen rogo te, Iehoua,
Sis mihi adiutor, doceas, benigne
Me pater, leges tueare vindex
Et tua iura.

Sicut

Audias